

**Triste Vale Foeminarum Excellentissimae Nobilissimaeque Dn. Augustae Luciae,
Viri ... Johannis Festingii, Iuris Consulti ... Coniugi ...**

Rostochii: Richelius, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770472478>

Druck Freier  Zugang



Hiltebrand, C.,
in
A. L. Meyer,
uxor. J. Festing.
Rostock, 1686.

ad 55.

TRISTE VALE

Fœminarum Excellentissimæ Nobilissimæqve

DN. AUGUSTÆ

LUCIÆ, *Heier,*

VIRI

Nobilissimi, Excellentissimi & Consultissimi

DN. JOHANNIS FE- STINGII,

Juris Consulti & Antecessoris fulgidissimi atqve famigeratissi-
mi, Sereniss. Ducis Sverino Megapolitani, Consilarii, & Ducalis
Consistorii Assessoris Gravissimi,

Dn. Fautoris ac Patroni sui omni observan- tiæ cultu devenerandi.

Conjugi, ut dilectissimæ ita desideratissimæ: dum elegantissi-
mum *filium* d. 3. Junii 1686. enitendo una cum ipso insperatò interiret sicqve
reclarissimæ lucendo consumeretur, hodieqve qui est dies
Junii, magna comitante pullatorum caterva & so-
lenni pompa efferretur
*Lachrimis dicere, hocqve ipso animum suum obse-
quiosum declarare voluit*



ar Fratrum Germanorum

BACKMEISTERORUM.

ROSTOCHII,

Imprimebat JACOBUS RICHELIIUS, Senat. Typogr.

O Infausta dies atro signanda lapillo!
Horrisonus rumor quo nostras vulnerat aures;
Filia MEJERI, claro de stemmate nata,
Quam *Præsul* noster celebris FESTINGIUS,
arcto


Fœdere conjugii sibi junctam corde fovebat,
Dum cadit ante diem præclara AUGUSTALUCIA!
O diram *Lachresin*! O dira & tristia fata!
Quæ *Socio* clarò rebus solamen in arctis
Occidit! & vitæ ruperunt stamina *Parca*!
Heu fatum sævum! quod mors inopina triumphat!
Dum columen vitæ, dum delictumque MARITI:
Dum generis splendor *Nympharum* gloria prima
Tam subito gustat *Lethææ* pocula mortis:
Altera *Penelope* proh! mortis falce perempta,
Mergitur in tumulo *Æveræ pietatis Imago*!
Fœvinei sed gemma *Chori*, nunc gloria *Olympi*
In colit *Elysium* *Superis* adamabile pectus:
Regula virtutis *Cælisidus*que coruscum.
Ingeminat meritò turbatus corde *Maritus*:
O dolor! O *Lachrima*: nupto & vox faucibus hæret!
Hanc mihi quod rapuit dura inclementia mortis
Dimidium quæ Animæ quæ tota & portio cordis,
Quodque recens *Natus* crudeli falce resectus,
Quæ mihi spes ex hoc; quæ gloria, quæso, relicta,
Dum mihi *Progenies* jacet & per chara *Marita*!
Cognati plangunt, clari tristantur *Amici*,
Jamque tegit vultus *Soboles* defletque *Parentem*:
Suada filet, *Charitesq;* dolent, *Chorus* omnis anhelat
Virtutum, *Sophie* & *Lachrymas* *Prudentia* fundit;
Mœret *Penelope*, pallet pia turba sororum,
Pulchredo & queritur gnata est quia perdita morte!

Sed

Te duplex casus pertristis percutit, atqve
Conjugis & Nati luctus acerbus habet.
O dirum Fatum! tamen æqua mente ferendum,
(Nam nihil adversus fata qverela valet.)
FESTINGI *Decus & diva tutela Minerva,*
Et summa AONII Luxq;, decusq; Chori.
Sic *cælo* placuit tulit & sic *diva* voluntas,
Quod placuit *Cælo* complaceatqve *Tibi*.
Et nil flere juvat! Lachrymarum & fundere rivos!
Nil prodest curis rodere cor gravibus!
Ergo tuam nimium noli *deslere* *Maritam*;
Nec *sobolem* *cavam* quam cita mors rapuit.
Immundo mundo valedicunt atqve salutant
Limina Cælorum, quæ DEUS ipse tenet.

Matthæus Dietericus Backmeister,
Rostoch. Megapol.





Sed tamen & luctus statuit Sapia fin
Dispellitqve animo nebulas mæroris an
Qvod voluit *Numen*, nostrum est sine m
Idcirco *Tu mæsta cobors* modo rejice cu
Qvandoquidem lachrymis non aspera fi
Qvi te percussit, qvi cordi vulnera fixi
Ille salutifera curabit vulnera dextrâ.

Jacobus Adolphus I

Sereniss. Ducis Wü

Secretari



O tristis Elegos! ô dura & tristia
Heu mihi! quid faciam, TR

Eloqvar, an fileam? lachrymis *Pimplea*
Et qverulæ voci nulla *Thalia* favet.

Qvæ modo florebat, MEIERI sanguine

Qvæ non virtutis, qvæ non pietatis eg
Ingenio *Pallas*, corpore picta *VEN*

Nobilis ipsius clari & præclara *Marita*
FESTINGI, extincta est mole pu

Occidit in pugnâ, cum partu lumina cla
Et soboles matrem morte preempra

O subiticos casus! ô lamentabile fatum!
Heu mihi! quid faciam, TRUX L

Triste puerperium! ô fata immitia fata!
Est luctus magnus, *Clare Marite*, tu

